UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Maroni. 69.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Τῷ αὐτῷ. ξη.

Οὐκ ἀμέριμνον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα βασάνου δεόμενον, προὔθηκας ἡμῖν, ἄριστε τῶν φιλοπόνων, τὸ πρόβλημα, ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων ἐστὶν Ἰωάννου. ὁ ἐν τῷ νόμῳ τέλειος, οἷος ἦν Ἰωάννης, πάντως
ἐστὶ. ἥττων ἦν τοῦ εἰς τὸν θάνατον Χριστοῦ βαπτισθέντος. τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία, τὸ συνταφῆναι Χριστῷ κατελθόντι σκυλεῦσαι τὸν θάνατον, καὶ συναναστῆναι αὐτῷ, τὸ κατ' ἐκείνου κράτος παρέχοντι. ἐπειδὴ οὖν μείζων μὲν πάντων ἦν τῶν γεγεννημένων ἐκ γυναικῶν ὁ Ἰωάννης, πρὸ δὲ τοῦ δοθῆναι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἀπετμήθη, κατὰ μὲν τὴν ἐν νόμῳ δικαιοσύνην γεγένητο ἄμεμπτος, τῶν δὲ τῷ πνεύματι τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς τελειωθέντων ἀπελείφθη προαπελθών, ὡς γεγράφαμεν. πᾶς οὖν ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, τουτέστιν, ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν παλιντοκίᾳ, μείζων ἐστίν, ὡς εἴρηται, τοῦ ἐν νόμῳ δικαιωθέντος, ἐπειδὴ οὐδὲν ἐτελείωσεν ὁ νόμος.

Μάρωνι. ξθ.

Πειρῶμαι πολλοὺς τρόπους νουθεσιῶν ἀνιχνεύειν, δι' ὧν οὐ μόνον βούλομαι, ἀλλὰ καὶ εὔχομαι ἀνενεγκεῖν σε τῆς μέθης. εἰπὲ τοίνυν, ὦ τᾶν, πρὸς αὐτῆς τῆς τοῦ θεοῦ ἀληθείας. οὐ γαστριμαργία τοὺς πρώτους ἀνθρώπους τῆς τρυφῆς ἐξεώσατο; οὐ κόρος τὸν Ἡσαῦ καὶ πρωτοτοκίων καὶ ἐλευθερίας ἐγύμνωσεν; οὐ βρῶσις βοῶν καὶ προβάτων περιττὴ τὸν Σαοὺλ καὶ τῆς βασιλείας καὶ τῆς ζωῆς ἐξωστράκισεν; οὐ τὸν ἐρημίτην Ἰσραὴλ κρεῶν καὶ λεβήτων ἐπιθυμία, τῷ μυρίῳ ἑσμῷ καὶ ὄχλῳ τῶν βασάνων καὶ τῶν πειρασμῶν ἐξη-
ἐνάλωσεν. λάνωσεν; οὐ τὸν Ὀφνὶ καὶ Φινεὲς ἡ λυττῶσα γαστὴρ, καὶ κρεῶν ἁρπαγὴ, καὶ κραιπάλη, καὶ γυναικῶν μανία, ἱερωσύνης καὶ κιβωτοῦ, καὶ κράτους φυλῶν, καὶ δόξης καὶ τιμῆς ἀποκόψασα, ἔργον ἐχθρῶν καὶ ξιφῶν κατειργάσατο; οὐ

Eidem. 68.

Haud promptam ac cura vacuam, verùm ingenti examinatione opus habentẽ nobis, vir ſtudioſorum & laboris amantiũ optime, quæſtionem propoſuiſti; Qui minor eſt in regno cælorũ, maior eſt Ioanne:
id eſt, qui in lege perfectus eſt (vt erat Ioãnes) omninò inferior eo eſt, qui in Chriſti mortem baptizatus eſt. Hoc enim cælorũ regnum eſt, nimirùm cum Chriſto, qui ſpoliandæ mortis cauſa deſcendit, ſepultũ eſſe; atque vnà cum ipſo, victoriam aduerſus eam præbente, reſurrexiſſe. Quoniam igitur mater quidem omnibus, qui ex mulieribus nati fuerant, erat Ioannes, caput autem ipſi ante donatum cælorum regnũ præciſum fuit; ipſe quidem, ſi legis iuſtitia ſpectetur, nihil habebat, quod reprehendi poſſet: at iis, qui vitæ in Chriſto poſitæ ſpiritu perfecti fuerunt, inferior extitit; quòd ſcilicet, vt iam ſcripſimus, priùs è vita diſceſſiſſet. Quiſquis igitur minor eſt in regno cælorum, hoc eſt, in Chriſtiana regeneratione, maior, vt diximus, eo eſt, qui in lege laudem iuſtitiæ conſecutus eſt. Quoniam lex nihil omnibus ſuis partibus perfecit.

Matt. 11. *Matt. 11.* *Heb. 7.*

Maroni. 69.

Multos admonitionum modos inueſtigare conor, per quos te è temulentia emergere non modò volo, ſed etiam opto. Dic igitur, heus tu, per ipſam Dei veritatẽ te obteſtor, an non gula primos parentes è deliciis expulit? An non ſatietas Eſau primigeniorum iure ac libertate ſpoliauit? An non ſuperfluus boum ac pecudũ eſus, Saulem & regno & vita exturbauit? An non carnium & ollarum cupiditas Iſraëlem in deſerto commorantem innumeris tormentis & tentationibus confecit? An non rabidus venter, & carnium ereptio, & crapula, & inſanus mulierum amor, effecit, vt Ophni & Phinees, ſacerdotio, & arca, & tribuum imperio, & gloria, & honore truncati, hoſtili gladio trucidarentur? An non carnium voracitas

Geneſ. 3. *Gen. 25.* *1. Reg. 15.* *Exo. 16.* *1. Reg. 2.*

3.Re.18. ignominioſos ſacerdotes, Eliæ tempeſtate
gladio ac nece dignos reddidit? An non
ventris appetitus, & carnium deſiderium
Dan.14. Belis quoque cultores & adoratores per
cinerem conuictos ac deprehenſos exitio
addixit? Ac rurſum è contrario, an non ie-
iunium & concubitus abnegatio Noë i-
pſiúſque filios ex noui maris tempeſtate
conſeruauit? Quippè qui leguminibus ve-
ſcerentur, vxoréſque ad carnalem coitum
minimè adhiberent. Audi enim ſcripturã
Geneſ.6. ipſi Noë hoc indicentem: Ingredere in ar-
cam tu & filij tui, & vxor tua, & vxores
filiorum tuorum. Seiungamini, inquit, viri
priuatim, & vxores priuatim. Per illatas
aquas ſcortatio & laſciuia ſupplicio mul-
ctatur. Vos igitur ne labis quidem ac ma-
culæ expers cubile attingetis. Quòd autẽ
ita res ſe haberet, hinc patet, quòd cùm
ipſi ex arca rurſum egrederentur, his ver-
Gen.8. bis vtitur: Egredere ex arca, tu & vxor tua,
& filij tui, & vxores filiorum tuorum. De-
letum ac de medio ſublatum eſt genus
flagitioſum. Vos rurſum in vobis ipſis e-
Ion.3. ſtis; ac pium genus rurſum augeatur. An
non ieiunium Niniuitis, cùm breuem ac
celerem mortis ſententiam accepiſſent,
vitam attulit? An non ieiunium eximiæ
Dan.2. & 3. virtutis adoleſcentem Danielem, eóſque,
qui eadem, qua ille, mente præditi erant,
& tyranno, & tonante igne ſuperiorẽ red-
didit? An non ieiunium ac vitæ ſanctitas
Matth.3. hoc Ioãni præſtitit, vt incarnatum Deum
baptizaret: vt qui dignam tanto ſacramẽ-
to puritatem adeptus eſſet? An non ieiu-
nium, & nuditas, & chameunia, & corpo-
ris maceratio hoc Paulo attulit, vt paradi-
2.Cor.12. ſi arcanorum auditor eſſet? Quid igitur
harum rerum imitatione relicta, malo cõ-
ſilio deteriora complecteris? Quare niſi
omninò à teipſo exceſſiſti, Deique obli-
uione captus es, ad naturam, quæ omnia
ea habet, quibus Deus conciliatur, redi:
atque eum, qui te creauit, & cruoris ſui
pretio redemit, agnoſce: nec committe, vt
carnis ſeruituti addictus, ſaluatorem &
benefactorem in iudicem & aduerſarium
conuertas.

κρεωβορεία καὶ τοὺς ἱερεῖς τῆς αἰσχύνης ἐπὶ Ἠλιοῦ μαχαίρας ἀξίους ἀπέφηνεν; οὐ κοιλίας ὄρεξις, καὶ βρωμάτων ἔφεσις, καὶ τοὺς τοῦ Βὴλ λατρευτὰς παρέδωκεν εἰς ἀπώλειαν σποδῷ ἐλεγχθέντας; οὐ νηστεία πάλιν καὶ συνουσίας ἄρνησις τὸν Νῶε καὶ τοὺς αὐτοῦ ἐκ τοῦ κλύδωνος τῆς παραδόξου θαλάσσης διέσωσε; σπέρματα μὲν ἐσθίοντας, οὐ συγχρωμένους ταῖς ὁμοζύγοις εἰς σαρκικὴν ὁμιλίαν; ἄκουε γὰρ τῆς γραφῆς πρὸς τὸν Νῶε διαταττούσης, Εἴσελθε εἰς τὴν κιβωτὸν σὺ καὶ οἱ υἱοί σου, καὶ ἡ γυνή σου, καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν σου. χωρίσθητε, φησίν, οἱ ἄνδρες καθ' ἑαυτούς, καὶ αἱ γυναῖκες καθ' ἑαυτάς. πορνεία σωφρονίζεται καὶ ἀσέλγεια διὰ τῶν ἐπιφερομένων ὑδάτων. ὑμεῖς οὖν μηδὲ τῆς ἀμιάντου ἅψησθε κοίτης. ὅτι δὲ τοῦτο ἦν, πάλιν ἐξερχομένων ἐκ τῆς κιβωτοῦ, ταῦτά φησιν, Ἔξελθε ἐκ τῆς κιβωτοῦ σὺ καὶ ἡ γυνή σου, καὶ οἱ υἱοί σου, καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν σου, ἐξείληπται τὸ γένος τὸ ἁμαρτωλόν. ὑμεῖς πάλιν ἐφ' ἑαυτῶν, καὶ πάλιν αὐξανέτω τὸ γένος τὸ θεοσεβές. οὐ νηστεία ζωὴν Νινευΐταις παρέσχετο, θανάτου λαβοῦσιν ἀπόφασιν σύντομον; οὐ νηστεία θαυμάσιον Δανιὴλ, καὶ τοὺς ὁμογνώμονας αὐτῷ κρείττονας καὶ τυράννου καὶ πυρὸς βροντῶντος ἀπέφηνεν; οὐ νηστεία καὶ βίου σεμνότης, Ἰωάννην τοῦ σαρκωθέντος θεοῦ βαπτιστὴν ἀπετέλεσεν, ἀξίαν ἁγνείαν τῆς τοσαύτης κτησάμενον μυσταγωγίας; οὐ νηστεία, καὶ γύμνωσις, καὶ χαμευνία, καὶ τῆξις σώματος τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ ἀῤῥήτων ἐπήκοον ἐποίησε Παῦλον; τί τοίνυν ταῦτα μιμεῖσθαι ἀφείς, τὰ χείρονα κακοβούλως ἀγαπᾷς. εἰ οὖν μὴ παντελῶς ἐξῆλθες σαυτοῦ, καὶ ἐπιλέλησαι θεοῦ, ὑπόστρεψον εἰς τὴν φύσιν πάντα ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ τὰ θεὸν θεραπεύοντα, καὶ γνῶθι τὸν κτισάμενον, καὶ τιμῆς σε τοῦ ἰδίου ἐξαγοράσαντα αἵματος, καὶ μὴ σαρκὸς δοῦλος γενόμενος, τὸν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην κριτὴν ποιοῦ καὶ ἀντίδικον. κτησάμενον.

Τῶ